



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

II. De his, qui se a perceptione sanctae communionis auertunt, & qui excommunicatis per domos communicant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

ANNO  
CHRISTI  
541.

& de ecclesia pellendos esse censemus, si tamen contentiosius aduersus ea quæ bene sunt decreta perstiterint: & hæc quidem de laicis dicta sint. Si quis autem eorum, qui præesse noscuntur ecclesiæ, aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus, post hanc definitionem tentauerit, ad subuersionem populorum, ecclesiarumque perturbationem, seorsum colligere, & cum Iudæis pascha celebrare: sancta Synodus hunc alienum iam hinc ab ecclesia iudicauit, quod non solum sibi, sed & plurimis causa corruptionis & perturbationis extiterit. Nec solum tales a ministerio remouet, sed etiam illos, qui post damnationem huiusmodi communicare tentauerint, damnatos autem, omni quoque extrinsecus honore priuari, quem sancta regula & sacerdotium Dei promeruit.

II.

Omnes, qui ingrediuntur ecclesiam Dei, & scripturas sacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo, sed pro quadam intemperantia se a perceptione sanctæ communionis auertunt, hi de ecclesia remoueantur, quamdiu per confessionem poenitentiae fructus ostendant, & precibus indulgentiam consequantur. Cum excommunicatis autem non licere cõmunicare, nec cum his, qui per domos conueniunt, deuitantes orationes ecclesiæ, simul orandum est: ab alia quoque ecclesia non suscipiendum, qui in alia minime congregatur. Si quis autem de episcopis, aut presbyteris, vel diaconis, seu quilibet ex clero, deprehensus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iste priuetur communionem, tamquam qui regulam confundat ecclesiæ.

In decret.  
Iuonis lib. 5.

FF.

NI. Anno Christi 541.

Superepi-  
contin-  
uinciales

tem pro-  
sonanter

opis.  
episcopa-  
nt.

conuentur  
piunt.  
rouincis

ebent ab  
s in pro-

copus de  
rochiam

ia cleri-  
piscopus

opatum  
idum.

am per-  
propria

andi res  
tasem.

nitio-  
apud

mi &

ra so-  
ndos,